Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ficati in ueritate Non pro eis autem rogo tantum sed pro
eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me: ut
omnes unum sint sicut tu pater in me et ego in te: ut et
ipsi in nobis unum sint: ut mundus credat quia tu
me misisti Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi
eis: ut sint unum sicut et nos unum sumus Ego
in eis et tu in me: ut sint consummati in unum: et
cognoscat mundus quia tu me misisti: et dilexi
sti eos: sicut et me dilexisti Pater: quos dedisti
mihi uolo ut ubi ego sum et illi sint mecum: ut
uideant claritatem meam quam dedisti mihi:
quia dilexisti me ante constitutionem mundi Pater
iuste: et mundus te non cognouit: ego autem te cog
noui: et hi cognouerunt: quia tu me misisti Et
notum feci eis nomen tuum: et notum faciam: ut
dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis

Fres O ctenibus Ma vi Ad thessalonicenses
et momentis non indigetis ut scribamus
uobis ipsi enim diligenter scitis: quia dies domini sicut
fur in nocte ita ueniet Cum enim dixerint pax et
securitas: tunc repentinus eis superueniet inte
ritus sicut dolor in utero habentis et non effugient
Vos autem fres non estis in tenebris: ut uos dies
illa tanquam fur comprehendat Omnes enim uos
filii lucis estis et filii diei Secundum Johannem
H i t Dixit d i d s Adhuc modicum
uobiscum sum Quaeritis me: et sicut dixi iudeis
quo ego uado uos non potestis uenire: et uobis
dico modo Mandatum nouum do uobis: ut diligatis inuicem sicut dilexi uos: ut et uos inuicem
diligatis In hoc cognoscent omnes quia mei estis